I. N. J.

Conspectus Tertius MAGISTRORUM ORDINIS TEUTONICI GENERALIUM,

sistitur

In Gymn. Thorun.

a

M. Martino Böhm P. P.

An. M. DCC. XII. d. XIII. Jul.



THORUNII,

Impressit Joh. Nicolai, *Nobil. Senat.* & *Gymn.* Typographus.

VIRO
Magnifico, Generoso, Amplissimo atq; Consultissimo
DOMINO
DNO. DAVIDI BRAUN,
S R. M. in Prussia Consiliario Aulico gravissimo, Et Territor. Elbing. Præfecto Circumspecto, Strenuoque,


Patrono suo,

QVod nomen tuum, VIR MAGNE, ATQUE ORNAMENTUM PRUSSIÆ, pagellis his præfixerim, nou audaciæ meæ, sed benevolentiæ tuæ singulari ignosces; quandoqvidem propensissimus tuus in me ac studia mea animus audacem me fecit, ut non solum mutuo litterarum commercio fruamur, sed etiam e tenebris Historiæ Prussicæ Veritatem studeamus eruere. Paucissimos sane hodie repereris, qui monumenta Patriæ suæ antiqva crebra lectione & animadversione renovent, splendidioraque effingant. Nihil placet illis, nisi qvod tritum & conculcatum est, aut a salute publica remotum: suntque solicitiores eorum, qvæ apud Indos, & in extrema Thule geruntur, quam quæ studium Patriæ Historicum commendant, & ante pedes currunt. Hinc Theonino dente laudabiles aliorum conatus rodunt, & ne nocere videantur, simulant Thrasonicos qvosdam motus, sesquipedalesque Atticismos. Non es, VIR MAGNIFICE, ex eorum numero, & quamvis de facie mihi ignotus sis, ex epistolis tamen tuis amore mei plenissimis, ceu ex ungve Leonem cognosco, lætitiaqve ingenti perfundor, Te Augustissimo FRIDERICO III. Regi in Prussia vere Pacifico, esse in deliciis & pretio. Miror insimul pietatem tuam insignem & Davidicam, qvam Meditationibus tuis selectis de sublimi Hominis scientia compendiose digestis, mihique benevole transmissis, ceu κειμήλιον qvoddam pretiosissimum inclusisti. Ut sileam eximium in Rebus Prutenicis Polonicisque apparatum, qvem qvotidie magnis impensis conquiris, locupletasque. Sufficiet mihi, si, VIR GENEROSE, non despexeris Chartaceum munusculum ejus, qui Te suspicit, & magni æstimat. Scrib. Thorunii An. M. DCC. XII. d. XVI. Julii,

M. Martinus Böhm,
Passenheimensis.

Pol. 8. II 1195/3





I. N. J.

CONSPECTUS III.

Magistrorum Ordinis Teutonici Generalium.

§. XXV.

XX. CONRADUS *CZOLNER* DE ROTENSTEIN, antea Commendator in Cristburg. MS. *Chron. Ord. Latin.* dicitur Conradus Czolner, *Paderborn.* Zolner. *Waissel.* Zölnör Electus est Anno 1382. d. 2. Octobr. vid. *Contin. Dusburgii* cap. XXIX. Ejus tempore illi, qvi erant in Ordine Teutonico nolebant amplius vocari Bruder sed Creutz-Herren / qvia nobiles & summo genere nati erant. Præfuit Ordini An. IIX. In hoc Chronicon ordinis Teutonici German. finit *Auctor*. Cum Commendaturas s. conventus in Prussia visitaret Strasburgi, inde Christburgum e voluntate sua devectus ibidem *An.* 1390 mortuus, & Mariæburgi in Annæa Crypta reconditus est.

§. XXVI 21. CONRADUS de WALLENRODE MS. *Latin. Chronicon Ordinis* ipsum nuncupat Conradum *Walroder Casp. Henneb. in Expl. majoris Tab. Pruss.* & *B. Hartknoch.* A. und N. Pr. *Part. II. cap.* 2.

A Conra-

Conrad Zieber von Wallenrod. *Murinius* p. 110. Conradum von Walpot seu Walerodum *Schutz. Lib.* II. *Chron. Pruss.* f. 87. impium, ambitiosum & tyrannicum fuisse hominem scribit: virum nigrum & aspectu terribilem *Auctor* Chron. *Latini* vocat. *Paderborn.* & alii Sacerdotibus & monachis infensissimum. *Zamel.* noster nomine de Wallinrode eum signat, Antea fuit Commendator Magnus. Mariæburgi an. 1391. Dominica Judica electus est. vid. *Continuat.* Dusburg. Cap. xxx. ubi tamen centenarius numerus a Typographo Jenensi omissus; præfuit Ordini Annos II. cum dimidio. obiit die *S.* Jacobi Anno 1393. ut ht. *Contin. Dusb. Schutzius* obitum ejus ad an. 1394. refert, qvi etiam horrendum mortis ejus modum sub finem Libri citati describit his verbis: Dieser Hohemeister/ wie er in seiner Regierung gelebet hatte/ so nam er auch ein Ende/ und wie er im Leben fast jedermänniglich widerig und abscheulich gewesen/ so bezeugeten es auch Wind und Wetter bey seinem Letzten/ als ob auch die Natur seiner überdrüßig worden were. Denn als er von dem Tisch der Verehrunge/ den er in Littawen gehalten hatte/ mit grossem Unwillen und Schwermütigkeit/ weil es nach seinem Fürsatz nicht gerathen wolle/ zu Hause eilete/ ward er innerlich im Leibe mit dem

lauffen-

lauffenden Fewer/ wie mans nennet/ geplaget/ davon er auch so unsinnig und rasend wurd / daß er sich mit den Hunden bisse. Und in solcher Weise starb er am Tage Jacobi des Tausend dreyhundert und vier und neuntzigsten Jahres. &c. in Mariæburgensi Crypta S. Annæ tumulatus. vid. *Sim. Grunov.* Tract. XIII. cap. 5. Et hactenus floruit Ordo Teutonicus in Prussia.

§. *XXVII.* *XX*II. CONRADUS A JUNGINGEN, antea Thesaurarius Mariæburgensis. *Waisselio*, *Henneberg.*, *Schutzio* Trapiarius. Vir pacis Studiosissimus, propter qvod ab Ordinis sui confratribus odio habitus. In *Pactis* Polonicis cum Vladislao Jagellone Rege Pol. initis hæc ejus subscriptio legitur: *Fr. Conradus de Jungingen Mag. General. Ord. B. Mariæ hospitalis Jerosolimitan. de domo Theuthonica.* Ex supputatione, *Continuat. Dusburg.* An. 1393 Festo Andreæ Apostoli electus, vir pius, castus & pluribus virtutibus insignitus, cujus vestigia premit C. *Henneb. Expl. Maj. Tab. Pruss.* f. 298. *Schutzius* autem *Lib. III. Chron. Pruss.* Electionem ejus transfert in ineuntem *Annum* 1395. *Præfuit* ordini an. *XIV.* mortuus Mariæburgi *An.* 1407. die 30. *Aprilis.* *Contin Dusburg.* An 1408 Feria *IV.* post festum Paschæ e vivis ipsum excessisse narrat. *De* excessu ejus notanter scri-

bit *Auctor Lat. Chron. Ordin. Conradus cœpit ægrotare calculo, quem quidam Medicus instigvit, ut mulieribus fornicarie coiret, ita ut viveret aliqvot annis, qui nullo modo acquiescens hunc indigne depulit, eligens potius mori, quam castitatis voto contraire.* Ducatum tenuit XIV. annis & morte discedens in medio Fratrum, qvi sepultus est in Marienborgk in tumba Magistrorum. conf. *Schutz. Lib.* III. *Chron. Pruss.* f. 100. a.

§. 28. XXIIII. ULRICUS A JUNGINGEN, Frater Antecessoris: qvem *Nicol. de Chwalkovo Chwalkowski in Singularibus Poloniæ,* (qvæ notis publice illustravimus] p. 56. Edit. Leopol. *An.* 1686. perperam nominat Conradum a Tungingen. *Apud Stanislaum Sarnicium Annal. Pol. Lib.* VI. dicitur Comes Vendensis. Electus contra consensum & voluntatem Conradi an. 1408. Dominica proxima post Joannis Baptistæ, ut *Contin. Dusburg.* cap. XXXII. annotavit. *Schutz.* lib. III. Chron. Pruss. & *B. Hartknoch.* im A. und N. Pr. P. II. c. 2. Electionem ejus ponunt in an. 1407. Præfuit Ordini fere an. III. In pugna Tannebergensi cum Vladislao Iagellone & Vitoldo *M. D. L.* habita, Festo divisionis *A*postolorum An. 1410 obtruncatus est: *Commentator Vincentii Kadlubkonis* scribit, in ea pugna Polonos occidisse Magistrum

Genera-

Generalem cum *Marschalcone* ac commendatoribus ac aliis ipsorum complicibus centum millia triginta millia & qvadringentos *in comment.* ad Lib. II. Epist. *14.* p. *145.* *Casp. Henneb.* in *Expl. Maj. Tab. Pruss.* f. 300 addit: der Tattern Heuptmann/so ihn umbbracht hatte/ kriegete den grossen fahlen Bart des Hoemeisters vom Kihne abgelöset/ an seinen Spies/ den Leib gab der König den Brüdern zu Osterrode/ ward gen Margenburg in S. Annen Grufft begraben. Conf. S. Grun. Tract. XIV. c. 3 *Annum* illius pugnæ a pago Tannenberg inter Hohenstein et Gilgenburg sito dictæ continet seqvens versus:

BeLLa faCIt VLrICh MagIster Ipse PoLonIs.

§. 29. *XXIV.* HENRICUS de PLAUEN. *Paderborn.* fol. 112. b. vocatur Graff von Plauen. *Waissel.* Heinrich Reuß/Herr oder Graff von Plauen. p. *Schutzio & Henneb.* Reuß von Plauen. Festo *Assumptionis* Mariæ seipsum *An.* 1410. elegit in *Mariæburgensi* Capitulo. Post Tannebergicum qvippe prælium tres nobiles Fratres & Commendatores tantum super fuerunt, Henricus de Plauen *Vices* gerens *Mag.* Gener. in bellum profecti & commendator Schwetzensis, Michael Sternbergius Provisor Neofori [hodie Neumarck ad Drwenci-

am] & Henricus (aliis Ulricus) Reusz a Plauen, Henrici hujus Patruelis, Commendator Gedanensis, qvibus reliqvi Fratres liberam eligendi Generalem Magistrum potestatem detulerunt, posteriores autem duo ipsi Henrico, firmiter sibi persvadentes, non se ipsum, sed modestiæ gratia unum ex duobus illis Mag. General. electurum, sed ipse velo amictus præter spem semetipsum *M.* G. proclamavit. vid. *Schutzius Lib.* III. *Chron. Pruss.* f. 105. Præfuit ordini tantum III. An. *Auctor Chron. Ordin. Latine* scripti de Plavenii fatis adversis hæc habet: *Cum Commendatores* (versus Masoviam) *in via essent, composuerunt inter se & revertebantur deponentes Magistrum in Castrum Engelsborgk. Qui cum ibi esset, moliebatur contra Ordinem insidias. & ideo mancipatur Carceri in Gedantzigk* VII. *annis, postea tenuerunt eum in Brandeburg annis tribus, verum bonam habuit provisionem. Ultimo in Lochstet* [in Samlandia ad recentem lacum s. sinum Balthicum] *tenuit castrum quinque annis & mortem subiit* (1413) *Administravit Ducatum tribus tantum Annis. Sepultus denique in Marienburgin loco Magistrorum apud S. Annam.* Aliter hæc recenset Paulus Poel in Henneb. *Expl. Maj. Tab. Pruss.* f. 302.

§. 30.

§. 30. XXV. *Michael a Sternberg*, alias Küchmeister antea Commendator Bratianensis. *Murinius* nominat ipsum Advocatum novæ Marchiæ. p. 131. *Continuatori Dusburg.* simpliciter nudeqve vocatur Dominus Michael. *Latino Chron. Ordin. Autori* Kochmeister. *Waisselio* Michel Küchmeister. Secundum *Hennebergerum in Expl. Maj. Tab. Prussiæ* an. 1414. die Hieronymi electus est, secundum *B. Hartknoch. in Serie Magist. General.* ann. 1413. & im A. und N. Pr. *Part.* II. *c.* 2. an. 1415. Mediam Calculationem amplectitur etiam C. *Schutz. Lib.* III. Chron. Pruss. f. 108. b. Præfuit Ordini *An.* VIII. *An.* M.CCCCXXII. medio Qvadragesimæ dictus *Magister* Generalis de sui Principatus officio libere cessit. vid. *Contin. Dusb.* cap. *XL.* alii a fratribus ordinis officio pulsum esse affirmant apud *Schutzium Lib.* III. *Chron Pruss.* f. 113. *Auctor Chron. Ordin. Latin.* scribit eum in Meve, juxta alios Schweze, vitam degisse: post duos annos placuit esse in Gdano, ubi diem clausit extremum sepultus in Marienburg in S. Annæ

§. 31. *XXVI*. PAULUS RUSDORFF. Commendator antea Christburgensis. *Henneb.* & *B.* Hartknoch. appellatur Paulus Bellizer á Rosdorff. Creditur e Carinthia oriundus, ob pacis amorem studiumqve Polonis

lonis Spiritus S. cognominatus. Post abdicationem Sternbergii liberam Anno. 1422 electus est. Praefuit ordini an. XVIII. Cum Commendatores & fratres Ordinis ei obsequium denegarent, officium resignavit, Rastenburgumque se conferre apud se decreverat, ut reliquias vitae ibidem coosumeret; antequam vero illuc iret, prae spiritus anxietate in *Marienborgk* defecit: apud Annam S. quiescit, ut refert *Chron. Ordin. Latin.* Verum B. *Hartknoch* im A. und N. Pr. *part.* II. *cap.* 2 narrat, quod ab ordinis commendatoribus officio magistratus sit pulsus, de qva remotione diploma in Thoruniensi archivo contineri affirmat. Cum itaqve ex Commendatorum decreto Rastenburgi telam vitæ absolvere deberet, & post abdicationem tertio anno finito reculas suas convasaret, easqve eo transmitteret mox ipse secuturus, apoplexia Mariæburgi tactus *Anno* 1440 d. 29 Decembr. mortuus, ibidemqve *Annææ* Cryptæ illatus est. In hoc finit Continuator *Dusburgii*.

Dubiam hic nobis reddunt Chronologiam Nicolai Posteri Commendatoris Gedanensis & Magistri a latere Pauli de Rusdorff *Mariæburgo* ad Gedanenses litteræ an. 1441 scriptæ, qvas Tecum, *B.* L. communicamus.

Lyben

Bruder Niclas Poster Komptur czu Danczicke Homeisters Stadhelder.

Lyben getruwen. Wir thun euch czu wissen/ das unser Homeister also hewte zu gebringen dies Brieffs von eygenem gutten willen/ seydt her sere schwach und kranck ist/ von syme Ampte ist abgetreten/ und hat uns syne Stadt biß czu czukunfft der Gebietiger czu deudschen und Lyfflanden bevolen. Also wir euch des selbigst in czween oder dryen Tagen (den wir bey euch seyn wollen) mündlich und vordor/ wy sich alle Dingen haben vergangen/ woll werden underrichten. Ob Euch andere Reden von jmanden vorgvemen/ so wisset auch/ das de Dinge also synt gescheen/ dornach czu richten. Doran Jr uns sunderliche behrlichkeit erezeiget. Gegeben czu Marienberg am Dinstag nach Circumcisionis Domini. Jm *XLI*. Jare. *E*odem anno substitutus est Postero Dn. Czenger Fischmeister von Pawczk.

§. 32. XXVII. *Conradus de Erlichshausen*, antea Mareschallus Prussiæ & Commendator *M*. *Latino Chron. Ordinis* MS. Erlichausen, *Waisselio* p. 169. & *Hennebergero* Erlingshausen/ *Murinio*

Ehrlichs-

Ehrlichshausen. Electus est feria IV. ante Festum Paschatos an. 1441. præfuit Ordini an. IX. cum a calculo acutissimo morbi genere, nimium vexaretur, svaserunt ei Medici, ut concubitus vagos amplecteretur; qvibus ille sanctæ pietatis Magister respondit: Das gebe GOtt nicht / das den Leib / den Christus gewaschen / eine Hure wieder besudele. Wisset Jr nicht / das die Hurer und Ehebrecher GOtt richten wird. Besser den Stein / denn ewig leiden der Hellen-Pein. Postea ex dissidiis inter ordinem & Prussiæ incolas ortis accersivit sibi Apoplexiam, hac tamen non obstante visitavit castra & urbes, Grudentumqve progressus vehementioribus Apoplexiæ doloribus affectus Altenhusium [hodie Stary Grod] hinc Thorunium eqves vehebatur, Stumam regressus, eqvitationi absolvendæ vires impares erant, ideoqve Mariæburgum devectus die Leonhardi Anno Jubilæo, an. 1450. extremum diem clausit, nec sine magno dolore sepulchro Annæo, & qvidem ultimus Mag. Gener. illatus est. conf. C. *Henneb. Expl. Maj. Tab. Pruss.* f. 306.

§. 33. XXVIII. *Ludovicus de Erlichshausen.* Antecessoris Patruelis vel ex aliorum sententia Frater. *Chron. Latin. Auctori* Erlichshausen. *Waisselio & Hen-*

& *Henneb.* Erlingshausen. *Murinio* Ehrlichshaus-sen. Ex Commendatore *Mevensi* an. 1450 die 5. Feb. aut secundum alios d. XXXI. *Martii*, seu Dominica Judica *Mariæburgi M. G.* electus est. Waisselius & *Murinius* demum hic in anno Electionis conveniunt. *Præfuit* Ordini an. XVII. Conradus ultimus fuit, qvi totam *Prussiam* obtinuit; Ludovicus autem fere amisit primusqve *Regi poloniæ* Casimiro *IV.* Homagium præstitit. *Castro Mariæburgensi* cum aliis castris & civitatibus, Regiis & Gedanensibus an. 1457. vendito, *Magister Mevam* (juxta alios Dirschaviam) se contulerat, sed qvia neqve hic tutus manendi locus ipsi videbatur, utpote insidiis adversariorum petito, habitu mutato Habum trajecit cum piscatore qvodam, venitqve *Regiomontum.* *An.* 1466. pace cum Rege poloniæ & *Magistro* Thorunii inita, ipse Ludovicus anno seqv. 1467. Dominica Quasimodogeniti Regiomonti mortalitatem exvit, in Æde cathedrali sepultus e Magistris primus conf. *Schutzius Lib.* VII. *Chron. Pruss.* f. 335 *Henneberg.* Expl. *Maj. Tab. Pruss. f.* 199 & 306. 308. *Waissel.* p. 244.

§. 32. XXIX. *Henricus Reuss a Plauen.* MS. *Chron. Ordin. Latin.* Henricus Reuse de Plawen.

*A*ntea Commendatorem ipſum fuiſſe Hohlandenſem ſcribit *Schutz. Lib.* VII. *Chron. Pruſſ. Paderborn.* erat Commendator Elbingenſis. *Waiſſel.* p. 245. Hoſpitalarius inſuper Elbingenſis. Electus qvidem fertur an. 1467, noluit tamen titulo Magiſtri Generalis ſed Vices tenentis uti. Hinc monetam excudendam curavit cum inſcriptione, HENRICUS, QVA VICETENENS. hocqve officio fungebatur An. II cum dimidio. Poſtea an. 1469 Petricoviam ad Regem Homagii præſtandi ergo circa diem Galli profectus, ibidem a Polonis veneno cibabatur. ut cum *Auctore Chron. Ord. Lat.* loqvar. Præfuit ordini vix XVI. hebdomadis, ut idem *Auctor* notat. *Schutz. l. c. Waiſſel. l. c.* & *Murinius* p, 147. XI. hebdomadas ejus regimini tribuunt. E Petricovienſi itinere Thorunium reverſus Apoplexia afflictus *M*orungam [Murinius ait *M*ortyndam] transvectus eſt, atqve an. 1470 d. 2. Jan. ut cenſet *Hartknoch. in ſerie Magiſtr. General.*, ſed im A. und N. Pr. freqventer citato d. 2. Febr. exprimit, ibidem denatus, dehinc in templo Cathedrali Regiomonti ſepulturæ traditus eſt. ubi qvidem imago & monumentum per aliqvod temporis ſpatium illi non erant poſita, ornamentis tamen his a Martino Truchſes M. G. condecoratus fuit in poſterum.

§. 35.

§. 35. XXX. *Heinricus de Richtenberg.* Antea Præfectus rei Piscariæ Pucensis, deinde supremus Hospitalarius *Regiomontanus. Schutz. Lib.* VII. *Chron. Pruss.* f. 338 vocatur *Heinricus* Reffle von Reichenberg oder Richtenberg *Henneb.* & B. Hartknoch. Heinrich Reffle von Richtenberg. Anno 1470 festo *Dorotheæ* electus mox ad Casimirum Regem Poloniæ profectus est homagium ei præstiturus. Præfuit ordini An. VII. Lenta tabe enectus est Regiomonti An. 1477. d. 17 Febr. & in Templo cathedrali, qvod Kniphovii est, humatus, ultima ejus in subita morte dicuntur fuisse verba: Auff/ Harnisch her/ sattelt die Geule/ die Pfaffen haben mich für GOttes Gericht geladen/ ob ich mich erwehren kundte. conf. *Henneb. Expl. Maj. Tab. Pruss.* f. 202 & *Waissel.* p. 225.

§. 35. XXXI. *Martinus Truchses de Wezhausen,* Franco natione, antea Commendator Osterrodensis An. 1477 electus. De qvo ferebatur: *Martinus domi Monachus, egregius in campo Leo. vid. Casp Henneb. Expl. Maj. Tab. Pruss.* f. 203. *B. Hartknoch.* Præf. A. und N. Pr. L. b. Præfuit ordini an. XII Mortuus Regiomonti an. 1489. d. 5. Jan. & in Templo Cathedrali humatus.

§. 36. XXXII. *Johannes a Tieffen Helvetius.* Primum Provisor Schakensis, deinde Commendator Brandenburgensis, & ex Commendatore Magister Generalis *An. 1489.* die Ægidii juxta *Paderborn.* & *Waissel.* Festo Exaltationis Crucis juxta *Ferberum*, & juxta *Grunow.* Tract. XVIII. c. XI. Festo Pentecostes electus: Senex qvidem, sed vegetis viribus acutisqve oculis, non verborum, sed rerum dives. Eodem *Anno* Casimiro Jagellonidi Grodnæ an. 1492 fatis defuncto fidelitatis homagium præstitit, Festo Catharinæ domum reuersus. Præfuit Ordini. An. IX. Ultimo regiminis Anno 1498 Johanni Alberto Regi Poloniæ vi Pactorum conventorum in Walachiam adversus hostem auxiliares copias eduxit. post Festum Corporis Christi cum 400 eqvitibus & centum aliis eqvis ad currus trahendos idoneis Regiomonto discessit; cum vero hortarentur ipsum alii Fratres, ut sibi ingravescentiqve ætati parceret, aliumque eo mitteret, respondisse fertur, qvod minimus inter suos esset ejusdem conditionis, cujus ipse, & ubi illi mansuri, ibidem ipse manere vellet, In Expeditione illa e profluvio alvi laboravit, atqve Leopoli in Russia An. 1498. mortalibus permutavit immortalia, inde Regiomontum devectus in

Templo

Templo Cathedrali ſolemnibus exeqviis condecoratus eſt. Hic adhuc cruces in inſignibus ſuis gerebat, reliqvi autem duo illis non utebantur amplius.

§. 37. XXXIII. *Fridericus Dux Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ & Marchio Misniæ. Waiſſelio & Hennebergero* nominatur Burggrabius *Miſ*niæ. Poſt obitum de Tieffen *M.* Commendator Wilhelmus Comes Eiſenburgenſis Fratres Ordinis convocavit Regiomontum, de novo Mag. Gen. eligendo deliberaturos, cumqve ipſum eligere vellent, dignitatem hanc recuſavit, miſſiqve ex Pruſſia ad Germaniæ Principes Legati, ut ſucceſſorem novum denominarent, qui etiam Fridericum hunc an. 1498 elegerunt, eidemqve auxilia adverſus *R.* Pol. promiſerunt. Dux prædicti Anni vigilia Michaelis ſtipatus 500 eqvitibus (*Henneb.* 400 numerat) Regiomontum venit, & Feſto Michaelis in ordinem Marianum, cum antea Coloniæ Agrippinæ in Cathedrali Eccleſia Sacellani officio defungeretur, inveſtitus eſt. *R*egibus Poloniæ Joh. Alberto, *A*lexandro & *S*igismundo, variis tergiverſationibus uſus, nullum fidelitatis homagium præſtitit. *Præ*fuit ordini an. XII. Men. III. *I*n Germaniam a Principibus auxiliares copias petiturus diſceſſit & Wilhelmum

Comi-

Comitem Eisenburgensem *Prussiæ* Gubernatorem constituit, ipse Rochlizii in Misnia commoratus Coadjutor Ernesti Archiepiscopi Magdeburgensis creatus est; verum neque ad Archiepiscopatum Magdeburgensem, neque ad *Magistratum* in Prussia gerendum rediit, duobus enim Annis cum morbo conflictabatur, Rochliziique An. 1510 d. 12 Decembr. (Errorem Typographi nota in serie Magistr. Ord. General. B. *Hartknochii*) oculis mortalium ereptus est, & Misenæ in Ecclesia Cathedrali avito Majorum suorum Principumqve sepulchro illatus est.

§. 29. *XXXIV. Albertus Marchio Brandenburgensis.* Vltimus *Magister*, & postea primus Dux Prussiæ, Friderici March. Brandeb. & Sophiæ Sigismundi I. R. P. sororis Filius, Rochlizii *An.* 1511 *M.* G. electus, Anno 1512. die Cæciliæ cum 400 eqvitibus aliisque Magnatibus Regiomontum ingressus, Avunculo suo & Regi. Pol. juramentum fidelitatis præstare noluit, varioque Marte bellum adversus eundem gessit a Germaniæ Principibus adjutus. Tandem turbarum bellicarum pertæsus Cracoviam ad Regem Pol. Sigismundum I. profectus ordinem (cui XV. An. fere præfuit) *An.* 1525. deposuit, totamqve Prussiam, qvæ hodie Brandeburgensis vocatur,

ceu

ceu feudum a R. P. obtinuit, simulqve Dux Primus Prussiæ extitit. Fidelitatis juramentum, qvo Illustriss. Dux Albertus Potentiss. R. P. Feria II. post Palmarum An. 1525 se obstrinxerat, conceptum fuit his verbis: Ich Albrecht Marggraff zu Brandenburgk/ in Preussen/ Stettin/ Pommern/ Wenden/ der Cassuben Hertzog/ Fürst zu Rügen/ und Burggraff zu Nürnberg/ gelobe und schwere/ dem Durchlauchtigsten/ Großmächtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Sigismundo König zu Polen/ Großfürsten in Littauen/ in Reussen und aller Lande Preussen Herr und Erblingk/ als meinen natürlichen Erblehn-Herrn/ und seiner Majestät Erben und Nachkommenden Königen/ und der Krohn zu Polen getreuen und gewert zu seyn/ und seiner Majestät und seinen Erben/ und der Kron zu Pohlen beste trachten und Schaden abwenden/ und alles thun/ was einem getreuen Lehnsmanne gebürt Als mir GOtt helffe und das heilige Evangelium. Reperitur hoc juramentum in M. Dionysii Runaw Historia s. einfeltiger Beschreibung des grossen dreyzehenjährigen Kriegs in Preussen ꝛc. circa finem. De bellis Ejus An. 1520 & 1521. cum Rege Pol. gestis vid. idem Runav. l. c. Cætera, qvæ præclare gessit, non spectant ad Mag. Ordinis Teutonici General. sed ad Ducem I. Prussiæ Brandenburgicæ, ut alibi B. c. D. notabuntur.






Vitam Ducis Saxoniae Friderici, Magistri O. T. in Prussia Generalis Wilhelm
Ernestus Tentzelius in compendio exhibet ex Hartknochii Historia Pruss. in Schedias-
mate von den Sächsischen Ritter „Ordens„ Medaillen p. 8. idemque demonstrat, eum
die Sabbati post Luciae festum 1510. obiisse; nam eodem anno litera diei Dominicae fuit
F. festus itaque dies Luciae [+ litera D. notatus,] in diem Veneris incidit, hinc consequitur, ut dies Sabbati XIVtus Decembris
fuerit, quocum Mullerus, Junckerus et Michael Boiemus in Alberti vita lib. L. 2. a. con-
sentiunt; longe vero discrepant Rempius, Reusnerus, Fabricius et Hoenn. v. Tentzel. Curieuse
Bibliothec Ister Repos. 12tes Fach 1704. p. 1180. seqq.